UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Ērodotu Alikarnassēos Historiōn Logoi 9, epigraphomenoi Musai

Herodotus

Genevae, 1618

Geleitgedichte

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1452

Visual Library

Κλειὼ ἔχει Κύρου κλέος ἐν Βαβυλῶνος ἁλώσει.
Προὔλεγε δ᾽ Ἡσαΐας περὶ Κύρου οὐνομακλήδην, &c.

Nec amplius te moror amice lector. Tu modò hæc, quæ in tuam gratiam à nobis præſtita ſunt, bene interpretare, & ignoſce erratis, quæ nos præterierunt, quum præſertim oculi inualetudo ad occupationum mearum vim accederet, egoq́; alias nec à Lyncei proſapia nec Argi me feram, qui tamen ſuis oculis credo negocium inuenirent, talis eſt operarum plerumque varietas, & errorum inconſiderans accumulatio, laborumq́; quaſi catenam, quod conſiderare debes, trahimus continuam: adeò vt hic τὸ ἀναμάρτητον, *(quod alias Dei proprium ſolius,* καὶ τὸ ἐπὶ γῆς οὐδ᾽ εἰς ἕνα ἡμῶν ἀφικνούμενον, *vt cum Ariſtide hoc dicam) à nobis exigere velle nemo debeat, qui modò ipſe hominem ſe natum cogitauerit. Vale & nobis faue. quod ſi feceris efficies nos ad alia poſthac alacriores.*

HVGONIS BROVGHTONI
ad Gothofredum Iungermanum diſtichon.

Ὅσσος ὁ Ἡρόδοτος κοσμήτωρ ἱστοριάων·
Τόσσος Ἰουγερμανὸς κόσμος ἐὼν Ἡροδότῳ.

Ad Cl. Muſarum Herodoti ἐπίμυσον ἀνορθωτὴν GODE-FRIDVM IVNIVM meum.

HERODOTO *imbuerant omnes ipſæque nouenæ,*
germanæ Aonides, ora ſtylumque, Deæ:
Ioniaſque illas Veneres, quantum vſque fuiſſet,
vnius in linguam denique tranſtulerant.
Nequicquam hoc. Adeo vis maior Temporum, & omnem
Ioniam, & nobis ſurpuit Aonidas.
Te, niſi, quanquam innuptæ illæ, ſeclo genuiſſent:
Quid? niſi vt Herodoto tu decima vna fores?

Et aliter:

Hac tenus Herodoti fuerant Muſæ, ore, locutæ:
Muſarum vel ſub dica mage Herodotus,
cæleſti auſpicio & tanta ſuffultus opum vi,
totam illam nobis fuderat Ioniam.
Quin & facundas vltro dudum ipſius Athenas
liquerat: Auſonio ciuis in orbe nouus:
Ioniámque ſuam Auſoniáque mutauerat orá:
iam tunc, ſponte ſua, deditus in Latium.
Cùm mala degeneris labes & rugula ſecli,
in Phœbi triſtem obtexuit ore notam.
Nec tulit id, vernans IVVENALIS *adorea noſtri:*
& noua Diuarum, longiùs, Heba nouem.
Quin nunc tota ſuum, pro nomine, ſe illa Neandrum,
inque nouam ingereret Gemmulam, opeſque nouas.
Non niſi, vt Herodoto fieret conſultiùs inde:
atque illi poſſet Heba redire ſua.

Prorſus vti placitum eſt Superis: ſua munera Terræ,
temporum in alterna diſuariare vice:
atque arbuſtiui mala damna trimeſtria Honoris,
reddere, Vere iterum mox rediuiua nouo.
Aut & vti anguiculis, Anni pars vna, Senecta,
& ſua cùm fuerit, perbreuè, turpis hyems:
altera mox eadem, vernilius inde recentans,
pellem interpollat, Annua bina dies. — ἐς γὰρ ἔαρ εἶσι τε καὶ κατ' ἰσώρας
Quamque bene iſtud iam? cùm ſic quoque Nomina rebus
compariant? præſens eſt ſua iiſque Fides?
Cumque adeo & ſic tu, mâlis iam ſiue Neander,
ſiue Poetarum agnominis eſſe duûm: — Iuuenalis enim & Iuuenci.
vtrunque impleſti nobis: nitidæque Iuuentæ &
dotibus ingenij, Vere ſacroque tuo:
Ipſi etiam Herodoto vitam ætatemque Nouaſti:
Verque reduxti illi pulcrius inde ſuum
Ionicumque Lepôrem illum, ſuaque ora recocto,
nunc laus iſta tua eſt, reſtituiſſe Seni.

Ἰωαν. τοῦ Φερσιάδου,

SERIES
EORVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

HERODOTI defenſio contra eius reprehenſores, nominatim verò Plutarchum, ex Ioach. Camerarij procemio in hiſtorias Herodotj — Pag. 1
Herodoti vita, ex eodem — 7
De dialecto Ionica, ex eodem — 8
Herodoti vocabula Ionica, & quædá genera loquendi, illi cum Homero magna ex parte cōmunia: nec nōn alia: collecta & Latine reddita partim ab Ioachimo Camerario, partim ab Hērico Stephano — 11
Ioniſmi Gallici, ſiue Ionici Galliciſmi, ex eodem H. Steph. — 24
Alia de Herodoti vocibus & varia in quibuſdam mss. ſcriptura, &c. ex eiuſd. H. Stephani prolegomenis diuerſis — 27. 30. 33
Lexicon vel Gloſſæ Herodoteæ Græcæ ex ms. — 35
De vita, ſcriptis, ſtylo Herodoti ex auctoribus antiquis tam Græcis quam Latinis teſtimonia — 37
Quibus ſubiecta & epigrámata aliquot Græca veterum, & pro eius defenſione plura noua. H. Stepha.
Herodoti libri ipſi IX, nomine Muſarum inſcripti, Clio, Euterpe, Thalia, Melpomene, Terpſichore, Erato, Polymnia, Vrania, Calliope, cum interp. Latina L. Vallæ, & recognitionibus H. Stephani.
Herodoti libellus de genere vitaque Homeri, cum interp. Heresbachij, ab H. Stephano recognita — 558
Adpendices ad Herodotum de Legibus & Inſtitutis tam Perſicis quam Ægyptiacis, è diuerſis auctoribus, opera H. Stephani — 577. 598
Adpendix alia de incremento Nili, & eius cauſſis ex diuerſis auctoribus — 606
Frid. Sylburgij ſpicilegium ad Herodotum — 627

Sequuntur CTESIÆ *quædam.*

H. Stephani de Cteſia diſquiſitio — 630
Eiuſdem de Διλτογραφία quorundam nominum, in Cteſia præſertim: & de Excerptis ipſis ac voce Ἐκλογῶν — 633
Elogium Cteſiæ Cnidii ex Briſſonio — 634
Veterum teſtimonia aliquot de Cteſia, eiuſque ſtylo — 635
Series regum Perſicorum ad Cteſiæ hiſtoriam ab A. Schotto deſcripta — 636
Cteſiæ Perſicorum Excerpta ex Photio, cum interp. H. Stephani, & variis lectionibus ex editione græca Photij: item cum diuerſis interpretationibus A. Schotti: & notis eiuſdem, & H. Stephani, Dauidiſq; Hœſchelij — 637
Cteſiæ Indicorum Excerpta ex eodem Photio, cum iiſdem quæ ad Perſica acceſſerunt — 657
Eadem Indicorum excerpta ex interpretatione Rhodomani — 668
Ex iiſdem Perſicis, Indicis, & aliis Cteſiæ ſcriptis fragmenta, ex variis auctoribus congeſta — 673
Omnia cum Interpretatione & Notis.
Index in Herodotum.

EX IOA-